Sequitur forma literarum abso-
lutionis laicorum.

Fridericus, Dei gratia episcopus Babem-
bergensis commissarius ad infrascripta a
sede apostolica deputatus tenore presen-
tium perceptoribus recognoscimus et pa-
tefacimus universis, quod auctoritate a-
postolica servato tenore commissionis
a sede predicta desuper nobis facte[1]
dilectos in Christo magistrum civium
nec non scultetum ac omnes et sin-
gulas utriusque sexus personas uni-
versitatis in Reutlingen Constantiensis
diocesis humiliter infra scripta pe-
tentes ab excommunicationis, suspen-
sionis et interdicti aliisque penis et
sententiis, quibuscunque a iure vel
ab homine prolatis, quas inciderunt
et que in eas et in earum ibidem
late sunt, ratione processuum contra
quendam Ludwicum de Bawaria suosque
fautores per sedem apostolicam olim
promulgatorum premissa ipsorum
absolvendorum confessione receptoque
ab iis iuramento de parendo man-
datis ecclesie et aliis articulis ob-
servandis in predicta commissione

[1] Supra n. 377.